



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

329. Dominica 23 post Pentecost. De alijs perfectionibus divinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

182 *Dominica 23. post Pentecosten.*

10. *DEVS est finis ultimus omnium. Ex fine oritur intentio, attentio, devotio, fervor, omnisque actionis bonitas ex fine desumitur. Nemo melius operatur Deo, qui agit omnia propter se ipsum: omnia enim æstimat, ut sunt, infinito autem intervallo infra DEVM sunt omnia. Provocamur ab adversario, ut gratis Deum colamus, qui querens, quod obijciat, pro magno se putavit invenisse, quid dixit: Nunquid gratis iobcolit Deum, inquit D. Augustin. Homil. 38. ex 50.*

MEDITATIO CCCXXIX.

*Dominica 23. post Pentecosten.*

*De alijs perfectionibus divinis*

**I**ubemur Actor: 28. *Quærere Deum, genus cum finis Dei. Ideo fida divinã duce peccati quærere, quem quærunt omnia, & mors cæcorum Deum per attributa quasi aternitate, in quo vivimus, movemur, & sumus.*

1. *Dicitur nescio quis de vertice montis clamasse, dum transiret Imperator: Non de te loquor: respexisse ille dicitur, & dixisse: Nec ego de te. Cõtempserat Imperatorem potentem exercitu, e loco munito. Si securus ille de illa terra, inquit S. August. in Pl. 70. Quomodo ego non in eo, à quo factum est cælum, & terra? Deus est firmamentum, ubi, nisi apud te firma securitas? ait Augustinus Lib. 2. Conf. cap. 6.*



*Dominica 23. post Pentecosten. 583*

cap. 6. Sit Dominus firmamentum meum.

2. Ingens fortitudo est inter ruinas generis humani stare erectum, superare peccatum, perferre martyria, trahere ad Deum omnia cum Christo. *DEVS est Fortitudo.* Petam roborari debilitatem spiritus mei.

3. Populi Dei gloria fuit Judith, cæli, B. Virgo, Beatorum cunctum est Christus Caput nostrum: *DEVS* autem est omnia Gloria, cui omnia posthabenda, propter quem Christus exinanivit se ipsum, & ego me efferam? *Qui de bono tuo gloriam sibi, non tibi querit, hic fur est, & latro, ait S. August.* in Soliloq. c. 15. *Qui gloriam Dei querit, in iniustitia non est ulla, inquit Joann. cap. 7.*

4. Gloria respondet gratiæ, merito, labori, *Deus Glorificator est. Sola à Deo gloria vera, si ambitio querit gloriam, cur non aternam qui Deus est unus Gloriosus in aeternum, ait D. Augustin. Lib. 2. Conf. cap. 6.*

5. Gubernatio est providentiæ executio. *Deus est Gubernator omnium. Beatus, qui Deum Gubernatorem habet, nihil ei deerit.*

6. *Deus est incomparabilis, ideo à S. Augustino dicitur Deus esse nihil, & omnia, lib. 10. Conf. c. 6. Recedens ab eo, qui summe atq; incomparabiliter est, quid restat, nisi, ut in detrahitur mutatus deficiat, inquit idem in Psal. 70.*

7. *Deus est incomprehensibilis ab intellectu*

BB 4 creato,



584 Dominica 23. post Pentecosten.

creato, ab affectu, loco, & tempore. Tam magnum & incomprehensibile bonum est, quod queritur, ut inveniatur dulcius, & invenitur, ut queratur avidius, ait S. Augustinus Lib. 5. Conf. cap. 2.

8. Deus est Ineffabilis: quia licet per totam æternitatem Deus de se diceret aliquid Beatis, totum hoc esset finitum, & nulla verba eloquerentur verbum. Da semper loqui de te, quem nunquam satis eloqui possumus.

9. Deus est Infinitus: cum enim non sit ab alio, non habet, unde limitetur. Homines in transeuntibus creaturis amandis non habent terminum, & ego habeam in amando Deo? Cum tamen omnis creatura ideo sit imperfecta, quia non est infinita. Si dilectis Deus est, nullum debet habere terminum Charitatis quia nullo potest standi sine cupiditas, ait S. Leo serm. 10.

10. Cum prope est, quod amatur, viget amor, languet cum abest, absentia vero circa amoris, ait S. Bernard. serm. 51. in Cant. Deus est Immensus, omnibus intimè præsens, magis, quàm anima corpori; est enim sub illis, & simplex; coram quo quid poterò facere iniquum? Quid omittere virtuosum? Desiderabo specialem ejus præsentiam in Eucharistia, juxta illud D. Cypriani de Cœn. Dom. Pauperes Christi hoc uno contenti ferculo.

M E D I O